



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antidota Evangelica contra horum temporum hæreses**

**Stapleton, Thomas**

**Antverpiae, 1595**

2. Domine, si vis, potes me mundare.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39546**

non facit ea) sed est fidem habere in charitate radicam & fundatam, vel que per dilectionem operatur, vt Ephes. 3. Apostolus disertè docuit. Hæc contra corruptelas hæreticas rectè intelligenda & diligenter tenenda sunt. Gal. 5.6.

IN MATTHÆI CAP. 8.

2. Domine, si vis, potes me mundare.

**Q**VVM hæc verba contra certitudinem fidei de præsentī salute & futura gloria, quam omnibus suis & precibus & actionibus adesse volunt Calvinistæ, manifestè faciant (hic enim leprosus sine vlla tali certitudine, imo dubitāter loquens quoad Christi voluntatem erga se in particulari, mandatur tamen à Christo, & optatam sanitatem consequitur) aduersus hoc argumētum sic cauillatur Calvinus. *Quòd sub conditione loquitur hic leprosus, Domine, si vis, non pugnat cum ea fidei certitudine quam Deus in precibus nostris exigit, Neque enim plus sperare debent homines quam Deus promittat. Leprosus autem nullo Dei oraculo vel promissione certior factus erat quidnā facturum erat Christus. Hæc ille, cui vno verbo responde, nec ipsos Calvinistas aut vllōs fideles vllō Dei oraculo vel promissione certiores factos esse, quidnam illis in particulari facturum sit Christus. Leprosus iste non dubitauit in genere de Christi bonitate, magis quam de potentia; (alioqui Christum non rogasset) sed quia in particulari nullam promissionem acceperat, sicuti nec alius quispiam in verbo Dei accepit, propterea propter suam indignitatem merito dicit, & nos omnes dicere debemus, Domine, si vis: certitudine illa Calviniana, tanquam impia præsumptione, prorsus reiecta.*

Certitudo Calviniana refellitur.

F 2

4. Vade,